

sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in patiéntia.

**M. - Laus tibi Christe.**

#### ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Ps.* 16, 5, 6-7 - Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea: inclína áurem tuam, et exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

caduta in buona terra indica coloro che in un cuore buono e perfetto ritengono la parola ascoltata, e portano frutto mediante la pazienza.

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

*Sal.* 16, 5, 6-7 - Rendi fermi i miei passi nei tuoi sentieri, affinché i miei piedi non vacillino. Inclina l'orecchio verso di me, e ascolta le mie parole. Fa risplendere la tua misericordia, tu che salvi chi spera in Te, o Signore.

#### SECRÉTA

Oblátum tibi, Dómine, sacrificium, vivíficet nos semper, et múníat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.  
**M. - Amen.**

Il sacrificio a Te offerto, o Signore, sempre ci vivifichi e custodisca. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.  
**M. Amen.**

#### PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

#### COMMÚNIO

*Ps.* 42, 4 - Introíbo ad altáre Dei, ad Deum qui laetíficat iuventútem meam.

*Sal.* 42, 4 - Mi accosterò all'altare di Dio, a Dio che allietta la mia giovinezza.

#### POSTCOMMÚNIO

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus: ut quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.  
**M. - Amen.**

Ti supplichiamo, o Dio onnipotente, affinché quelli che nutri coi tuoi sacramenti, Ti servano degnamente con una condotta a Te gradita. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.  
**M. Amen.**

*Inter Multiplices Una Vox*  
*Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana*

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: [www.unavox.it](http://www.unavox.it) - Indirizzo posta elettronica: [unavox@cometacom.it](mailto:unavox@cometacom.it)

**Torino 2006 - Pro manuscripto**

## MESSALINO FESTIVO

### Testo latino e traduzione italiana

### PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

### Domenica di Sessagesima

#### INTRÓITUS

*Ps.* 43, 23-26 - Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? Exsúrge, et ne repéllas in finem. Quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatiónem nostram? Adhaésit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos.

*Ps.* 43, 2 - Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

Glória Patri...

*Ps.* 43, 23-26 - Exsúrge, quare obdórmis...

*Sal.* 43, 23-26 - Risvégliati, perché dormi, o Signore? Déstati, e non rigettarci per sempre. Perché nascondi il tuo volto dimentico della nostra tribolazione? Giace a terra il nostro corpo: sorgi in nostro aiuto, o Signore, e líberaci.

*Sal.* 43, 2 - O Dio, lo udimmo coi nostri orecchi: ce lo hanno raccontato i nostri padri.

Gloria al Padre...

*Sal.* 43, 23-26 - Risvégliati, perché dormi...

#### S. MESSA SENZA GLÓRIA

#### ORÁTIO

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actiÓne confídimus: concede propítius; ut contra adversa ómnia, Dóctoris géntium protectiÓne muniámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Dio, che vedi come noi non confidiamo in alcuna ópera nostra, concédisci propizio d'esser difesi da ogni avversità, per intercessione del Dottore delle genti. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

#### EPISTOLA

Léctio **Epístolae** B. Pauli Ap. ad *Corínthios*, II, 11, 19-33; 12, 1-9

Fratres: Libénter suffértis insipiéntes: cum sítis ipsi sapiéntes. Sustinéti enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos caédit. Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis áudet (in insipiéntia dico) áudeo et ego: Hebraei sunt, et ego: Israélitae sunt, et ego: Semen Abrahae sunt, et ego: Ministri Christi sunt (ut minus sápiens dico) plus ego: in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Corinti*, II, 11, 19-33; 12, 1-9

Fratelli: Tollerate volentieri gli stolti, essendo saggi. Infatti sopportate chi vi fa schiavi, chi vi divora, chi vi ruba, chi si insuperbisce, chi vi schiaffeggia. Dico ciò con rossore: noi siamo stati troppo deboli da questo lato. Ma di checché si voglia menar vanto (parlo da insensato) anch'io me ne vanterò: Sono Ebrei? Lo sono anch'io. Sono Israeliti? Anch'io. Sono figli di Abramo? Anch'io. Sono ministri di Cristo? (Parlo da stolto) Io lo sono piú di essi. Piú nei travagli, piú nelle prigionie, oltre modo nelle battiture, frequentemente in pericolo di morte.

mórtibus frequénter. A Iudaéis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis caesus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui: in itinéribus saepe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex géneré, perículis ex géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdone, perículis in mari, perículis in falsis frátribus: in labóre et aerúmna, in vigíliis multis, in fame et siti, in ieiúniis multis, in frígore et nuditate: praeter illa quae extrínsecus sunt, instántia mea quotidiaána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum. Quis infirmátur, et ego non infirmor? quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet: quae infirmitátis meae sunt, gloriábor. Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui est benedíctus in saécula, scit quod non méntior. Damásci praepósitus gentis Aréetae regis, custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet: et per fenéstram in sporta dimíssus sum per murum, et sic effúgi manus eius. Si gloriári opórtet (non expedit quidem) veniam áutem ad visiónes, et revelatiónes Dómini. Scio hómínem in Christo ante annos quatuórdecim sive in córpore néscio, sive extra córpus néscio, Deus scit, raptum huiúsmodi usque ad tértium coélum. Et scio huiúsmodi hómínem, sive in córpore, sive extra córpus néscio, Deus scit: quóniam raptus est in paradísum: et audívit arcána verba, quae non licet hómíni loqui. Pro huiúsmodi gloriábor: pro me áutem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens: veritátem enim dicam: parco áutem, ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut áliquíd áudit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae, ángelus sátae, qui me colaphízet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me: et díxit mihi: Sufficit tibi grátia mea: nam virtus in infirmitáte perfícitur. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

**M. - Deo grátias.**

Dai Giudei cinque volte ricevetti trentanove colpi. Tre volte fui battuto con le verghe, una volta lapidato, tre volte naufragai, una notte e un giorno stetti in alto mare, spesso in viaggi, tra i pericoli dei fiumi, pericoli degli assassini, pericoli dai miei nazionali, pericoli dai gentili, pericoli nelle città, pericoli nei deserti, pericoli nel mare, pericoli dai falsi fratelli: nel lavoro e nella fatica, nelle molte vigilie, nella fame e nella sete, nei molti digiuni, nel freddo e nella nudità. E, senza parlare di tante altre cose, le quotidiane cure che pesano sopra di me, la sollecitudine di tutte le Chiese. Chi è infermo che non sia io infermo? Chi è scandalizzato che io non arda? Se fa mestieri di gloriarsi, mi glorierò di quelle cose che riguardano la mia debolezza. Iddio, Padre del Signore nostro Gesù Cristo, che è benedetto nei secoli, sa che io non mentisco. In Damasco, colui che governava la nazione a nome del re Areta, aveva poste guardie intorno alla città di Damasco per catturarmi: e per una finestra fui calato in una sporta dalle mura, e così gli sfuggii di mano. Fa duopo gloriarsi? Veramente ciò non è utile; nondimeno verrò pure alle visioni e rivelazioni del Signore. Conosco un uomo in Cristo, il quale quattordici anni fa (non so se col corpo, oppure fuori dal corpo, Dio lo sa) fu rapito fino al terzo cielo. E so che quest'uomo (se nel corpo o fuori del corpo, io non lo so, lo sa Dio) fu rapito in Paradiso: e udì arcane parole, che non è lecito a uomo di proferire. Riguardo a quest'uomo mi glorierò: ma riguardo a me, di nulla mi glorierò, se non delle mie debolezze. Però, se volessi gloriarmi non sarei stolto, perché direi la verità: ma io me ne astengo, affinché nessuno mi stimi più di quello che vede in me o di quello che ode da me. E affinché la grandezza delle rivelazioni non mi levi in orgoglio, mi è stato dato lo stimolo nella mia carne, un angelo di satana che mi schiaffeggi. Al riguardo di che, tre volte pregai il Signore che da me fosse tolto: e mi disse: Basta a te la mia grazia: poiché la mia potenza arriva al suo fine per mezzo della debolezza. Volentieri adunque mi glorierò nelle mie debolezze, affinché abiti in me la potenza di Cristo.

**M. - Deo grátias.**

#### GRADUALE

*Ps. 82, 19 et 14 - Sciánt gentes, quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super ómnem terram.*

*Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stípulam ante fáciem venti.*

*Sal. 82, 19 e 14 - Riconòscano le genti, o Dio, che tu solo sei l'Altissimo, sovrano di tutta la terra.*

*Dio mio, ridúcili come grumulo rotante e paglia travolta dal vento.*

#### TRÁCTUS

*Ps. 59, 4 et 6 - Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.*

*Sana contritiónes eius, quia mota est.*

*Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.*

*Sal. 59, 4 e 6 - Hai scosso la terra, o Signore, l'hai sconquassata.*

*Risana le sue ferite, perché minaccia rovina. Affinché sfuggano al tiro dell'arco e siano liberati i tuoi eletti.*

#### EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Lucam*, 8, 4-15

In illo témpore: Cum turba plúrima convenírent, et de civitatibus properárent ad Iesum, díxit per similitúdinem: Éxiit, qui séminat, semináre semen suum: et dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et volúcrés caéli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram: et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtae spinae suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Haec dicens clamábat: Qui habet áures audiénti, ádiat. Interrogábant áutem eum discípuli eius, quae esset haec parábola. Quibus ipse díxit: Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris áutem in parábolis: ut vidéntes non vídeant, et audiéntes non intélligant. Est áutem haec parábola: Semen est verbum Dei. Qui áutem secus viam, hi sunt qui áudiunt: deínde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audérint, cum gáudio suscípiunt verbum: et hi radíces non habent: qui ad témpus crédunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod áutem in spinas cécidit: hi sunt, qui audiérunt, et a sollicitudínibus, et divítiis, et voluptátibus vitae eúntes, suffocántur, et non réferunt fructum. Quod áutem in bonam terram: hi

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Luca*, 8, 4-15  
In quel tempo: radunandosi grandissima turba di popolo, e accorrendo gente a Gesù da tutte le città, Egli disse questa parabola: Andò il seminatore a seminare la sua semenza: e nel seminarla parte cadde lungo la strada e fu calpestata, e gli uccelli dell'aria la divorarono; parte cadde sopra le pietre, e, nata che fu, seccò, perché non aveva umore; parte cadde fra le spine, e le spine che nacquero insieme la soffocarono; parte cadde in terra buona, e, nata, fruttò cento per uno. Detto questo esclamò: Chi ha orecchie per intendere, intenda. E i suoi discepoli gli domandavano che significasse questa parabola. Egli disse: A voi è concesso di intendere il mistero del regno di Dio, ma a tutti gli altri solo per via di parabola: onde, pur vedendo non vedano, e udendo non intendano. La parabola dunque significa questo: La semenza è la parola di Dio. Ora, quelli che sono lungo la strada, sono coloro che ascoltano: e poi viene il diavolo e porta via la parola dal loro cuore, perché non si salvino col credere. Quelli caduti sopra la pietra, sono quelli che udita la parola l'accolgono con allegrezza, ma questi non hanno radice: essi credono per un tempo, ma nell'ora della tentazione si tirano indietro. Semenza caduta tra le spine sono coloro che hanno ascoltato, ma a lungo andare restano soffocati dalle sollecitudini, dalle ricchezze e dai piaceri della vita, e non portano il frutto a maturità. La semenza